John WARD

By J. Ward

DISSERTATIONIS

V.R. *CON. MIDDLETONI*, S.T.P.

DE

MEDICORVM

ROMAE DEGENTIVM

Conditione ignobili et servili

DEFENSIO

EXAMINATA:

VBI

Omnia, quae contra RESPONSIONIS AVCTOREM differuit, infirmata sunt et refutata.



LONDINI,

Typis S. BVCKLEY:

Prostant apud J. WOODMAN et D. LYON Bibliopolas, M. DCC. XXVIII.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY



DISSERTATIONIS V.R. *CON. MIDDLETONI*, S.T.P. DE MEDICORVM ROMAE DEGENTIVM Conditione ignobili et servili DEFENSIO *EXAMINATA.*

CVM primum fere *V. R. Con. Middletonus Dissertationis suae de medicorum Romae degentium conditione Defensionem* ediderat, unus et alter amicus

 mihi

mihi narrabat, eum me indignis modis et admodum injuriosis illic tractasse, neque ab ullis contumeliosis verbis abstinuisse, quibus in contemtum me adducere, atque existimationem meam laedere speraret. Ego autem etsi imperitis quibusdam scriptoribus, qui aut malae causae a se susceptae, aut male saltem defensae, sibi conscii essent, hunc morem fuisse, ut, argumentis relictis, ad opprobria et convicia se reciperent, satis nossem; de *Theologiae* tamen *Professore* ut aliquid ejusmodi statim crederem, haud facile mihi persuadere potui. Librum igitur quam primum comparare, ac perlegere, mecum ipse statui; quod cum feceram, omnia, quae ante mihi dicta fuerant, verissima inveni. Tam iracunde autem et intemperanter ubique

se

ſe geſſiſſe, eo minus inter legendum miratus ſum, quod hominem valde irritabilem eſſe plane perſpexi; et quam difficile ſit naturam vincere nemo ignorat.

At vero cum omnibus fere uſitatum ſit, qui aliorum exiſtimationem impetere ac violare ſibi proponant, ſpeciem aliquam inhoneſto ſuo conſilio praetexere; ita *Defenſor* noſter duas rationes in ſui excuſationem adfert. Altera eſt, quod *nomen meum celaveram* [1]; cum ille contra *nominis et famae reverentia, tanquam pignoribus datis, adſtrictus ad hanc controverſiam deſcendiſſet* [2]. Qui ſecum autem reputet, non tam quis dicat, quam quid dicatur, in rerum hujuſmodi diſceptationibus conſiderari oportere; levem hanc et infirmam

1 Defenſ. p. 7. 2 Ibid. p. 8.

om-

omnino eſſe rationem, in ſe ſpectatam, facile ſentiet. Sed alteri forſan adjuncta vim aliquam habere videatur; nimirum quod *tenebris atque obſcuritate tectus, ubique tanquam calumniatorem, criminatorem, atque malevolum*[1] eum tractaveram. Gravis profecto et acerba accuſatio! quam ex duobus *Reſponſionis* meae locis[2] probare conatur. In priori, ut opinor, ſe *tanquam malevolum* tractatum cenſet, quod inter alias contumelias et opprobria, quibus veterum medicorum famae labem aſperſerat, illud retuleram, ubi *Alfeni* juriſconſulti verba commemorat, ut *abjectae medicorum conditionis indicium inde eliciat.* Contumeliam eſſe ſatis manifeſto illic oſtendi; de *malevolentia* vero nihil dixi, arbitrio aliorum

1 Deſenſ. p. 7, 8. 2 Reſponſ. p. 86, 134.

quid-

quidquid vellent de ea re ſtatuere relinquens. In poſteriori loco doctiſſimum *Meadium*, quaſi Sponii ſententiae de *Aſclepiade juniori* acceſſiſſet, eum injurioſe admodum *criminatum fuiſſe* dixeram. Sin autem quod verum eſt dixerim, ut revera dixi, quaenam hic juſta offenſionis cauſa? Accipientis enim injuriam eſſe conqueri, non facientis, omnibus notum eſt. Vox autem *calumniator* ne ſemel quidem, ſi recte meminerim, per totam *Reſponſionem* meam occurrit; *calumnia* ſemel tantum, idque de rebus ac temporibus, quae *Diſſertationis* ejus editionem anteceſſerunt [1]. Haud raro quidem eum *labi*, *errare*, *falli*, imo ſenſum ab auctorum mente, quos laudat, alienum temere nonnunquam *confingere*, non dixi tantum, ſed,

1 Reſponſ. p. 69.

ut

ut arbitror, etiam probavi; *malitia* vero, aut *fraude*, quod *calumniatoris* eſt, *agere* nunquam aſſerui: atque utinam ſane de *Defenſione* illius mihi jam nec ſentire, nec dicere aliter neceſſe eſſet. At enim voces iſtae, quibus in *Reſponſione* mea uſus ſum, haud aliae ſunt, quam viri eruditi in certationibus ſuis de rebus literariis, *non ut animorum contentionem, ſed opinionum ſolummodo diſſenſionem*[1] ſignificarent, alii in alios, ut res poſtularet, ſemper adhibuerunt. Et iniquiſſimam ſane diſputandi conditionem is ſtatuit, qui in errore deprehenſus, et admonitus, ſe *tanquam calumniatorem tractari* ſtatim exclamet. Quod ſcribit autem, in *Diſſertatione ſua ne verbum unum aut contumelioſe, aut aſpere nimis dictum*

1 Defenſ. p. 5.

inve-

inveniri poſſe[1]; fidentius quam verius hoc a ſe affirmari, ea, quae de viris clariſſimis *Sponio* ac *Meadio* haud ſemel uſurpavit, clare demonſtrant. De *Sponio* enim ut levia iſta mittam, ubi *puerilia et inepta omnia* illum de *Aſclepiade* juniori *protuliſſe* dicit[2]; cum inter ſcriptores iſtos, qui ea, *quae opinionibus ſuis praejudicatis favere quoquo modo credant, rapere undique, et in partes ſuas torquere, alia vero omnia negligere facile, aut celare*[3] ſolent, eum numerat, *calumniae* profecto plane inſimulare videtur. Tam putida autem ſunt, quae ſcribit de *Meadio*, non ita, ut fertur, de ſe merito, ut iis iterum recitandis chartas haſce conſpurcare omnino me pigeat[4].

1 Defenſ. p. 5. 2 Diſſert. p. 17.
3 Ibid. p. 15. 4 Vid. Reſponſ. p. 201, 202.

Hae ſunt rationes, quibus *Defenſor* commotus, tanta verborum acerbitate, cuivis *homini liberaliter educato*, nedum *Theologi perſonae*, omnino indecora, perpetuo fere me lacerat; qua quidem in re exemplum illius nequaquam aemulabor, utpote qui in hoc ſcribendi genere me facile vinci patiar. Neque profecto haec tanti feciſſem, ut ulla omnino reſponſione digna exiſtimaſſem; ni ſub *Defenſionis* ſpecie ac titulo, quae ad ſummam controverſiae ſpectant, ab eo partim immutata, partim etiam dubie atque ambigue poſita, animadvertiſſem. Quare cum his reſponſi aliquid neceſſarium videbatur, ne qui forſan hinc in errorem ducti de rebus, quae, ut is in *Diſſertatione* ſua illas expoſuerat, in controverſiam inter

nos

nos venerant, minus recte judicarent; omnia, quae de me in hac sua *Defensione* dixerit, eodem tempore considerare, et quam iniquo jure mecum egerit ostendere, non ab re esse existimavi. Quanquam enim, ut proverbium nos monet, *Ne Hercules quidem contra duos*; hic tamen vir fortissimus, et plus quam Herculeis viribus, tribus *simul una fere eademque opera respondere*[1] suscepit. Mihi autem satis erit, quae ad me ipsum spectant defendere, ac vindicare. Verum ut in *Responsione* mea, ita hic quoque, singulas res eodem ordine, quo apud eum sese offerunt, considerabo.

Cvm illud autem a me sibi objectum fuisse scribit, *tanquam causae* A SE PRORSVS ALIENAE *ipse se immiscuisset*[2], in limine, quod

1 Defens. p. 8.   2 Ibid. p. 5.

aiunt, titubat. Quamvis enim dicam eum *huic controverſiae ſe immiſcuiſſe*; num ab illo tamen ALIENA eſſet, necne, nihil omnino definio. Nam ex Romani ſermonis uſu tam ſuis rebus ſe immiſcere, quam alienis, aliquem dici poſſe a juriſconſultis docemur; quibus, *filium paternae hereditati ſe immiſcere*, uſitata eſt loquendi formula [1]. Sed hoc familiariſſimum ei vitium eſſe in verbis aliorum recitandis, ut aliquid de ſuo iis admiſceat, et olim admonuimus, et iterum admonendi occaſio nobis haud ſemel poſtea dabitur. Quam cupide autem omnem me criminandi anſam arripiat, hinc plane manifeſtum eſt; quod ea verba ut de ſe injurioſe dicta mihi attribuat, quae non mea, ſed ſua eſſe tandem apparent.

[1] L. 11, 12, 87. ff. De acquir. vel omitt. hered. &c.

CETE-

Ceterum hoc leve eſt prae iis, quae mox ſequuntur; ubi et *Reſponſionem*, et *auctorem* ejus pulcherrimis coloribus depingit [1]. Quod ad librum attinet, *diu meditatum opus* appellat. Qua in re ſi operae pretium eſſet, vanitatem hominis facile redarguere poſſem, qui illud tam audacter pronuntiat, cujus nullam certam cognitionem habere potuit. Neque minus fallitur, cum *Diſſertatiunculam ſuam vel decies circiter paginarum numero ab eo exuperari* aſſerit; quod cuivis ſtatim perſpicuum erit, qui paginarum numerum utriuſque libri inter ſe contulerit. *Magnitudinem* autem libri mei typorum magnitudini omnino deberi quiſque facile videbit; qua in re unicuique ſcriptori arbitrium ſuum

1 Defenſ. p. 6, 7.

ſine reprehenſione ſequi permiſ-ſum eſſe ſemper exiſtimavi. Quod adjicit autem, *de ſe omnia non niſi acerbe ac malevole* illic dicta; hoc a vero prorſus abhorrere tot teſtes habeo, quot perlegiſſe eum, praeter *Defenſorem* noſtrum, unquam inaudivi, qui omnes omnia contraria uno ore pronuntiant.

Sed a libro ad *ſcriptorem* tranſ-it; ubi adeo veſane atque atrociter ſe gerit, ut non tam *Ariſtarchum*, quam *Phalarim* agere videatur. Ait enim *hominem e* RHETORVM TVRBA *conductum eſſe oportere*; *cui ſcilicet generi conceſſum novimus* OMNIA *tragice ornare, augere, mentiri.* Unus tamen, ut videtur, inter legendum illi *ſcrupulus reſtabat*; *quod in ejus quidem ſermone nihil plane quod rhetorem oleret, nihil venuſtatis, nihil ornatus, ſed inculta*

culta potius omnia, nec ſatis Latina inveniret. Egregie profecto, ac plane ῥητορικῶς rhetorem jugulat! Quicquid autem jactet de *nominis et famae reverentia*, ſe nullis ejuſmodi *pignoribus* intra modeſtiae, aut veritatis limites cohiberi potuiſſe, hinc manifeſto oſtendit. Nam quod *conductum* me ad ſcribendum acceſſiſſe aſſerit, falſiſſimum eſt, et mera calumnia. Et ſi ſtomachus ejus jam tandem deferbuerit, ubinam iſta RHETORVM TVRBA hodie inveniatur, libenter ab eo diſcerem. In *academiis*, opinor, vix dicet; nam ut olim Cicero *rhetorum officinas academiae ſpatiis* [1] oppoſuit, ita *nunc etiam* idem fieri debere, infra ſignificare videtur [2]: et tamen pauciſſimi ſunt extra academias, quibus id nomen tribuatur. Ubinam igitur eam

1 Orat. c. 3. 2 Pag. 39.

quae-

quaeram, plane nefcio; ni *oratores* etiam, ut nonnunquam fit, in eodem numero recenfeamus; et tunc forfan ipfe quoque in hac *turba* inveniri poffit. Nam fe *oratorem* effe, ut arbitror, vix negabit; *clamatorem* certe vel fcribendi ratio demonftrat. Itaque in *turbam* aliquam me detrudere ftatuens, in *rhetorum turba* imprudens collocavit; quae olim fortaffis haud parva fuit, hodie vero, quod fciam, nufquam reperitur. At *rhetoribus conceffum* omnia *tragice ornare, augere, mentiri*, Ciceronis, vel *Attici* potius apud Ciceronem, teftimonio[1] confirmat. Sed enim more fuo hic vocem OMNIA adjecit; nam apud Ciceronem legitur tantum, *Conceffum eft rhetoribus ementiri in hiftoriis, ut aliquid dicere poffint argutius:*

1 De clar. orat. c. 11.

et

et mox, *Hanc etiam mortem rhetorice et tragice ornare potuerunt, illa mors vulgaris nullam praebebat materiem ad ornatum*[1]. Quo igitur ſenſu hic *rhetoribus mentiri conceſſum eſſe* dixerit Atticus, verba illius perſpicue ſatis declarant. At Plato contra ῥήτορος ἀρετὴν τἀληθῆ λέγειν teſtatur [2]. Sed ut ut haec ſint, vox *rhetores* non illos tantum, qui artem dicendi docuerunt, ſed etiam qui orarunt, in eo Ciceronis loco complectitur. Imo et Fabius, qui *oratorem* ex M. Catone *virum bonum, dicendi peritum* definit; aliquando tamen *mentiri* ei fas eſſe concedit [3]. Quare ſi omnia, quae de hac re apud veteres ſcriptores leguntur, hiſce temporibus attribuere liceret, latius, opinor, patere invenirentur, quam *Defenſor* animadvertit. Porro ſi

1 De clar. orat. c. 11. 2 In Apolog. 3 Inſt. Or. xii. 1.

rhetores ab oratoribus diſtinguamus, nonne ea potiſſimum ratione inter ſe differunt, quod hi orando publice exerceant, quae ab illis in ſcholis didicerint? At vetus eſt verbum, κακȣ̃ κόρακος κακὸν ᾠόν. Videat igitur, ne, dum neſcio quam *turbam rhetorum* ſomniat, in *academias* ſit contumelioſus, in quarum *ſpatiis* plurimi eorum certe reperientur; neve, dum ut *mendax hominum genus* deſcribit, *oratoribus* haud minus ſit injurioſus. Sed figuram quoque orationis meae ei diſplicere ſentio; in qua ſcil. *nihil venuſtatis, nihil ornatus, ſed inculta potius omnia invenit.* Quaſnam autem veneres et delicias ſermonis homo delicatulus requirat, plane neſcio, ipſique explicandum relinquam. At vero cum *nec ſatis Latina* etiam ſe inveniſſe dicat; ſi ita revera ſit, ea

ſive

ſive incuria, ſive inſcitia, utrique noſtrum eſt communis.

IN via ad cauſae ſuae defenſionem munienda hactenus occupatus fuit; ubi nihil commodius ſibi et utilius exiſtimaſſe videtur, quam ſi me ut hominem nihili, neque *cogitatione ulla ſua, aut animadverſione dignum* [1], lectoribus ſuis exhiberet. Sed artificium hoc adverſarii famam, quo in contemtum adduci poſſit, probroſis dictis arrodendi jam tritum eſt, et ab omnibus ingenua mente praeditis exploſum. Hiſce igitur miſſis, quam ſtrenue cauſam ſuam defenderit ac ſuſtinuerit mox conſiderabimus. Nam, ut recte quidem monet, " antequam in aciem ipſam de-
" ſcendamus, operae pretium e-
" rit, de controverſiae hujus ſta-

1 Defenſ. p. 7.

" tu nonnulla breviter praefari,
" et quaestionem ipsam ita defi-
" nire, ac limitibus circumscri-
" bere, ut constituatur quid et
" quale sit id, de quo disceptamus;
" quod ni fiat, vagabitur
" nimis haec omnis disputatio,
" neque certam tandem ullam
" stabilemve sententiam elicere
" inde poterimus". Aequissima sane haec disputandi ratio. Quemadmodum igitur ipse rem definierit et circumscripserit, jam videamus.

" Itaque hoc, *inquit*, potissi-
" mum a lectore animadversum
" velim, ea omnia, quae de me-
" dicorum conditione a me sunt
" disputata, ad eam urbis Romae
" aetatem, quae *Caesarum tem-*
" *poribus antecessit*, referri om-
" nino oportere, hos mihi in *Dis-*
" *sertatione* mea controversiae
" hujus terminos constitui; per

" id

" id temporis ſpatium, quod
" ſeptingentos circiter annos
" complectitur, medicinam non
" niſi a PEREGRINIS, LIBERTIS, SER-
" VISQUE, penitus adminiſtratam
" fuiſſe contendo [1]". Quaeſtio
autem inter nos non fuit, a quibus hominibus medicinam Romae ante Caeſarum tempora adminiſtratam fuiſſe *nunc contendere* velit; ſed quales homines in *Diſſertatione* ſua eos fuiſſe contenderit. Illic profecto inter medicos *ea urbis Romae aetate*, qua diſputationem ſuam jam circumſcribit, PEREGRINORVM nomen nuſquam legitur. Quare ſi omnia, ut pollicitus eſt, clare ac definite conſtituere voluiſſet, *peregrinos* iſtos ita ſaltem deſcribere debuiſſet, ut quales homines fuiſſe cenſeat, plane intelligere poſſemus. Ex contrario

1 Defenſ. p. 9.

autem

autem quam varie et inconſtanter de iis locutus ſit, non ab re erit paucis oſtendere. A *ſervis* enim et *libertis*, atque id recte quidem, eos hic diſtinxiſſe videtur. Sic infra quoque, *Ego*, inquit, *medicos Romae degentes, praeſertim ante Caeſarum aetatem, aut* SERVOS, *aut* LIBERTOS, *aut* PEREGRINOS *ſaltem omnes fuiſſe diſputo*[1]. Quibus verbis tria iſta hominum genera a ſe invicem ita disjungit, ut ea disjungi ſolent, quae eidem eodem tempore convenire nequeant. At vero cum in alio loco dicit; *Medicos partim* SERVOS, *partim* LIBERTOS, *omnes tamen* PEREGRINOS *fuiſſe diſputo*[2]; quis non ita haec intelliget, ac ſi eoſdem homines *ſervos*, aut *libertos* fuiſſe eodem tempore, quo *peregrini* eſſent, indicare voluerit? Non enim tria

1 Pag. 22. 2 Pag. 26.

medico-

medicorum genera, ut antea, sed duo tantum, *servos* scil. et *libertos* hic ponit; quorum utrumque postea communi *peregrinorum* nomine complectitur. Sin autem aliter ac voces sonant, se alios etiam peregrinos fuisse, praeter servos et libertos, iis verbis significare voluisse contendat; in numero certe peregrinorum hos quoque nihilominus collocasse arguetur. Praeterea haud minus confuse alibi eos conjungens, *Quod nobis*, inquit, *aliud relictum est hominum genus, de quo Cicero loqui intelligatur, cuive vox illa* ordini *applicetur, quam, quem ipse dixeram,* SERVORVM, LIBERTORVM, et PEREGRINORVM *ordo* [1]? Hic ita de illis loquitur, ac si omnes *ejusdem generis* atque *ordinis*, ut vocat, homines fuissent; cum revera non minus

1 Pag. 33.

inter

inter ſe diſtinguerentur, quam tres notiſſimi iſti civium Romanorum *ordines*. *Peregrini* enim advenae fuerunt, liberae conditionis homines, licet non cives Romani; a ſervis in eo diſcrepantes, quod ſui eſſent juris; a libertis, quod hi civitate eſſent donati. Ob quam cauſam autem *Defenſor* noſter adeo perturbate de peregrinis hiſce locutus ſit, conjectari haud difficile eſſe videtur. Appellatio enim, ut diximus, ante Caeſares in *Diſſertatione* ſua non occurrit. Et ex *annis* profecto *circiter ſeptingentis*, quibus hanc quaeſtionem nunc circumſcribit, per primos ſexcentos annos artem medicam *non niſi a ſervis et extremae ſortis hominibus* (ſi unum modo *Archagathum* excipiamus)Romae *adminiſtratam* [2] fuiſſe illic affir-

2 Diſſert p. 7.

mat;

mat; quorum *nonnullos* tamen *libertatem tandem consecutos fuisse* autumat. Neque per reliquum temporis spatium a se jam constitutum ullum aliud hominum genus, quam antea, qui medicinam ibi exercuissent, commemorat, praeter *Graeculos* quosdam *esurientes, liberae* FORTASSE, *sed humilis certe atque abjectae conditionis*, qui cum illis se conjunxerunt, et una cum eis a Julio Caesare, ut ait, civitate fuerunt donati [1]. Intra hosce igitur terminos ne unum quidem invenimus, quem ex eorum numero, qui *peregrini* vocabantur, pro certo fuisse dicat, aut ante J. Caesaris tempora vel suspicari sane videatur. Quod ad *Archagathum* enim attinet, cum primum Romam advenit, *ei jus Quiritium*, ut ex Plinio discimus, *datum fu-*

1 Differt. pag. 9.

it [1]. At vero cum longe aliter rem ſe habuiſſe in multis *Reſponſionis* meae locis oſtendiſſem [2], vocem *peregrinos* jam tandem hic inſeruit. Quod cum ita facere ei viſum fuerit, quales homines fuiſſe cenſeat, quas partes in medica arte Romae adminiſtranda iis attribuat, et quo tempore eos primum illuc artem hanc attuliſſe exiſtimet, libenter audiiſſem. Si mecum enim in his rebus conſentiat, praecipua pars hujus capitis controverſiae inter nos tranſacta eſt; ſin aliter opinetur, cur non ingenue mecum egit, atque argumenta in ſententiae meae defenſionem allata refutavit? Nam tecta et occulta hac rem tangendi ratione, qua jam uſus eſt, ſe nihil aliud quam effugium quaeſiviſſe, quo, tanquam poſtico, ſe evaſurum ſpe-

1 Hiſt. l. xxix. c. 1. 2 Vid. inter alios, p. 43, 218, &c.

raret,

raret, aperte nimis oſtendit. Porro cum *Diſſertationem* ſcribebat, ſi *peregrinos*, ut hominum genus tam a *ſervis* quam *libertis* diverſum, inter medicos Romae degentes adnumerandos eſſe judicaſſet, cur *Caſauboni* ſententia ei diſplicuit; quae, ut ab ipſo quidem in *Diſſertatione* ſua deſcribitur, cum iis, quae jam dicit, optime convenit? *Monumentorum*, inquit, *veterum atque auctorum confirmata teſtimoniis conſtans ſemper de ſervili apud Romanos medicorum conditione opinio invaluit: primus eam, ut opinor, in dubium vocare conatus eſt Iſ. Caſaubonus.* Et mox: *Caſaubonus medicos licet non omnes, at pleroſque tamen e ſervorum numero, neque ullos quidem Romanos, ſed Graecos plane omnes fuiſſe fatetur* [1]. Reliqui au-

1 Diſſert. p. 12.

tem medici Graeci, quos ſervis Caſaubonus opponit, *partim ingenui, partim manu pridem emiſſi* [hoc eſt, *peregrini*, et *liberti*] fuerunt [1]. Num ovum ovo ſimilius eſt, quam haec *Caſauboni* ſententia *Defenſoris* noſtri ſententiae, nomine *peregrinorum* recte accepto, eſſe apparet? Cur itaque in adverſariorum numero eum collocavit? Nonne hoc eſt *Andabatarum* more pugnare, neque amicos ab hoſtibus dignoſcere? Certe ſi idem tunc de *peregrinis* ſenſiſſet, quod jam prae ſe ferre videtur; Caſaubonum potius ad partes ſuas contra clariſſimos viros Sponium ac Meadium advocaſſet, quam inter receptae de *ſervili medicorum conditione* opinionis oppugnatores poſuiſſet.

Proinde cum *ea omnia, quae*

[1] Vide Reſponſ. p. 110.

de

de medicorum conditione a ſe in Diſſertatione *ſua ſunt diſputata, ad eam urbis Romae aetatem, quae Caeſarum temporibus anteceſſit, referri omnino oportere* contendat; nemo certe ab eo hoc prudenter factum denegabit, qui, quot *ingenuae conditionis* medicos *Romanos* ſub primis Caeſaribus in *Reſponſione* [1] mea enumeraverim, animadverterit. Ceterum haud parvam *Diſſertationis* ſuae partem ſupervacaneam atque extra propoſitum fuiſſe, ea ratione plane confiteri videtur. Nam ex veterum ſcriptorum *teſtimoniis*, quibus aut ſententiam ſuam de medicorum ſtatu confirmare, aut adverſariorum refutare conatur, ſex tantum, ni fallor, intra hoc temporis ſpatium continentur. *Inſcriptiones* autem, quas ipſe ex *Grutero* adfert, ad Caeſarum

1 Vide Reſponſ. p. 161, &c.

tem-

tempora omnes ſpectant; quod et de *Sponii* quibuſdam, ab eo adductis, aeque manifeſtum eſt [1]. Hinc de loco iſto *Suetonii* infra tractans, quo *Annotator* eum preſſerat, *Si hoc,* inquit, *Suetonii teſtimonium de* Diſſertatione *mea penitus tolleretur, num claudicaret ideo quaeſtio noſtra? numve detrimenti omnino quidquam caperet? Fatui plane hominis fuiſſet malitiam ibi adhibere, ubi detecta infamiam certam inureret, celata vero nihil prorſus ad ſummam controverſiae conferret* [2]. Et tamen *Annotatorem,* qui pleraque eorum *minimi momenti* eſſe dixerat, indignabundus mox interrogat: *Nullius igitur ponderis eſſe credis* TOT *illa ſcriptorum veterum* TESTIMONIA? *Num minimi momenti eſſe, nec refutatione quidem*

1 Diſſert. p. 10, &c. 2 Defenſ. p. 22.

digna

digna putas, TOT *illa genuinae vetuſtatis* MONVMENTA, TOT ANTIQVAS INSCRIPTIONES [1]? Ita nimirum diſputationis limites aut contrahit, aut extendit; et res eaſdem aut minimi, aut magni eſſe momenti ſtatuit; prout cauſae ſuae melius inſervire ſperet.

DEFENSOR noſter, altero diſputationis capite, ut commodiſſimum ſibi viſum fuit, conſtituto ac definito, ad alterum jam pergit. Et ne quis hic de ſententia ejus dubitare poſſit, "Ego,
" *inquit*, quantum cum ex ſcrip-
" toribus antiquis, tum medicis
" praeſertim noſtrorum tempo-
" rum eruditiſſimis, qui in hac
" ipſa cauſa perquirenda quam
" maxime elaborarint, inveſti-
" gare ac colligere valuerim;
" *haud ullam artis hujus parti-*

1. Defenſ. p. 27.

" *tionem*,

" *tionem, ullamve praesertim* " *medicorum et chirurgorum di-* " *stinctionem*, per id omne tem- " poris intervallum fieri repe- " rio; sed utrosque cum eodem " nomine appellari, tum eodem " loco et conditione haberi vi- " deo: quod quidem etsi *gene-* " *ratim* verum esse credo, haud " ita tamen verum, quin, quod " omnibus universim enuntiatis " accidere solet, huic itidem ve- " ritati *unam alteramve forsan* " *exceptionem* opponi posse exi- " stimem [1]." Et paulo post de *Dissertatione* sua loquens: *Disputaram doctorum perplurium auctoritate medicinam clinicam et chirurgiam ab eodem homine* semper *exerceri, nec chirurgos a ceteris medicis antiquitus* unquam *distingui* [2]. Item alibi: *Quidni Archagathum chirurgum appel-*

1 Defens. p. 10. Ibid. p. 10.

lem; qui non eum ſolum, ſed medicos etiam omnes, quotquot Romae deinceps vel aliquot poſt ſeculis artem ſuam exercuerint, chirurgos fuiſſe, omneſque ſimul medicinae partes ſemper *tractaſſe contendo, multiſque exemplis probavi*[1]? Omnia hic clara et manifeſta, nihilque dubie aut ambigue, ut antea, dictum eſt; neque a priori ſententia recedit, niſi quod, ut univerſim enuntiatis accidere ſolet, unam alteramve forſan exceptionem opponi poſſe jam fateatur. In hiſce autem exceptionibus *Archagathum*, ni fallor, numerare licet, quem *vere ac proprie chirurgum fuiſſe* mox concedit[2]. Nam *Alcon*, quem ei adjungit, tempore excluditur, utpote qui ſub Caeſaribus vixerit.

1 Defenſ. p. 14. Ibid. p. 19.

Qvomodo autem ea, quae sententiae ipsius de hac re in *Responsione* mea opposueram, mox repraesentet, jam videamus. "Primum, *inquit*, se vnico *Cornelii Celsi loco* causam hanc omnem expedire, remque conficere posse censet; quo scilicet loco Celsus de medicinae partitione, *tanquam suo tempore Romae usitata*, loqui videtur[1]". Sed hic insanabili, ut videtur, sibi vitio in verbis aliorum male referendis iterum peccat. Non enim vnicvm tantum, sed *duos Celsi locos* illic adfero; ex quorum uno, quem silentio praetermisit, *chirurgiam ab aliis medicinae partibus* apud Graecos altero post Hippocratem seculo, hoc est, ante Archagathi Romam adventum, *diductam fuisse* ostendo[2]. Et quis dubi-

1 Defens. p. 12. 2 Responf. p. 179, &c.

tare

tare poteſt Graecos medicos, qui Romam poſtea ſe contulerint, hanc artis ſuae partitionem ab initio illuc attuliſſe, eandemque potiſſimum partem ibi exercuiſſe, cui antea ſinguli apud ſuos proprie fuiſſent addicti? Porro Celſus in altero illo loco, de quo *Defenſor* hic agit, *Tryphonem* et ceteros recentiores chirurgos, quos illic commemorat, ab aliis, qui ante eos Romae vixiſſent, plane diſtinguit.

Verum *Celſi* etiam aetatem hic in dubium vocat, quem ego *Tiberii tempore* floruiſſe dixeram[1]; at ille contra ait, " convenire ſo- " lummodo inter omnes, eum " *Caeſarum temporibus* vixiſſe[2]". Ego autem cum *Voſſio*[3], aliiſque viris doctiſſimis, ſub Tiberio eum collocavi. Neque hoc, ut arbitror, illi ſine ratione a me factum

1 Reſponſ. p. 162. 2 Defenſ. p. 13.
3 De natura artium, v. 12.

existimabunt, qui ante Columellam, Senecae scilicet, ut ipse testatur [1], aequalem, Celsum scripsisse considerent. Celsi enim scriptorum *Columella* haud semel mentionem facit. *Nostrorum*, inquit, *temporum Cornelius Celsus totum corpus disciplinae* [rusticae] *quinque libris complexus est* [2]. Et in alio loco *universae naturae prudentem virum* appellat [3]. Nam inter cetera scripta *rei rusticae et medicinae praecepta* illum reliquisse etiam *Fabius* testatur [4]. Frustra igitur Celsi testimonii vim, partim ex incerta ejus aetate; partim etiam, quia, ut mox scribit, Celsus *medicinae divisionem, utcunque apud alias gentes diu invaluisset, at Romae tamen non nisi suo tempore recentem, nec diu usi-*

1 L. iii. c. 3. 2 L. i. c. 1.
3 L. ii. c. 2. 4 Inst. orat. xii. 11.

tatam,

tatam, indicare videtur; Defensor noster eludere conatur.

Sin autem in Celsi mente erraverit, facilem habet excusationem, utpote qui *haud Celsi omnia perlegisse* modeste satis confiteatur. At vero, si ipsum audiamus, "De medicis doctissi-
" mos quosque sententiae suae
" auctores habet, *Clericum*que
" potissimum, qui sese dubitare
" plane fatetur; *an medicae artis*
" *partitio Celsi adhuc aetate re*
" *vera facta et in usu omnino Ro-*
" *mae fuerit*". Atque, "Hoc,
" *inquit*, in loco *Responsionis au-*
" *ctor* mirum nobis tum *ingenii*,
" tum *modestiae* suae specimen
" praebet, qui mihi *Clerici*
" *locum istum corrumpendi*,
" atque *ad sensus meos detor-*
" *quendi* crimen objicit; quippe
" Clericum non modo de medi-

" cinae

" cinae partitione ista nihil du-
" bitare, sed contrarium plane
" ex ejus verbis colligi posse, *fi-*
" *denter* atque aperte *affirmat*.
" Ego vero contra nullam mihi
" fidem nec in hac, nec alia
" quavis causa habendam posco,
" ni ex Clerici tum verbis, tum
" sententia, illud ipsum, quod
" dixeram, significari penitus ap-
" pareat [1]". Quis jam non credat eum insignem aliquam injuriam a me accepisse, cum tam gravi ac seria affirmatione se vindicare necessarium existimet? Et tamen ex verbis meis nihil istiusmodi apparebit. Nihil enim *de loco isto Clerici corrumpendo*, aut *ad sensus suos detorquendo* dico; neque aliquid *fidenter affirmo*. Quo autem res haec clarior fiat, latius paulo eam repetere necesse est. Verba

1 Defens. p. 13.

mea,

mea, ad quae hic respicit, ita se habent : *Sed ad Clericum venio, qui, si V. R. fidem habeamus, dubitat, an Celsus de ea partitione tanquam facta, an solum exoptanda, esset locutus. Ceterum qui Clerici ipsius verba inspexerit, contrarium, ni fallor, plane percipiet*[1]. Jam dixerat Celsus in altero locorum, quos supra laudavimus, *medicinam a Graecis in tres partes diductam fuisse: ut una esset, quae victu; altera, quae medicamentis; tertia, quae manu mederetur.* De hac igitur *triplici partitione* loquens Clericus[2] illa habet, quae *Defensor* ita Latine convertit: *Sive tamen Celsi aetate partitio ista revera ita in usu fuerit; sive id tantummodo in animo Celsus habuerit, ut significaret, quem-*

1 Responf. pag. 190.
2 Hist. de la med. p. ii. l. 1. c. 9.

admo-

admodum ea fieri debuiſſet [1].
At non de ſingulis Celſi diviſionis partibus Clericum ea, quae hic dicit, intellexiſſe, ipſe poſtea ſatis declarat. Cujus verba, etſi in *Reſponſione* mea attulerim, hic iterum adſcribam. *La chirurgie*, inquit, *en particulier ſemble avoir ete plus réellement ſeparée du tronc de la médecine, que la pharmacie* [2]. Num quid jam clarius eſſe poteſt, quam eam Clerici dubitationem ad *pharmaceuticen* tantum ſpectaſſe? At non de *pharmaceutice*, ſed *chirurgia*, quaeſtio inter nos fuit; quam Clericus ſane *a reliquo medicinae corpore vere ſeparatam fuiſſe* exiſtimavit. Quare cum Clericum dubitaſſe, *an Celſus de ea medicinae partitione, tanquam facta, an ſolum exoptanda, eſſet locutus*, generatim affirmaſ-

1 Defenſ. p. 14. 2 Hiſt. de la med. p. ii. l. 1. c. 10.

ſet;

ſet; neque ad illam differentiam, quam poſtea inter *chirurgiam* et *pharmaceuticen* ponit Clericus, omnino attendiſſet; ſententiam ejus de hac re in dubium vocavi. Atque hoc merito quidem, ſine ulla aut *ingenii*, aut *modeſtiae* meae juſta reprehenſione, a me factum, omnes, opinor, eruditi exiſtimabunt. Et revera ſi *Defenſor* ſine fuco hic agere voluiſſet, differentiam iſtam Clerici, cujus antea in *Reſponſione* mea mentionem feceram, haudquaquam iterum praetermiſiſſe debuit.

QVAE de *Archagatho* proxime diſputat [1], nullam reſponſionem requirunt; quandoquidem et ipſe quoque, ut jam obſervatum fuit, eum *vere ac proprie chirurgum fuiſſe* mox concedit. Cujus ex-

[1] Defenſ. p. 15.

emplo illud etiam, quod ſupra notavimus, confirmari videtur; Graecos ſcil. medicos, cum Romam veniſſent, eandem medicinae partem illic proprie exercere ſolitos, cui antea domi ſe addixiſſent.

AD ea, quae de *Aſclepiade* ſcripſeram, jam tranſit; ubi facete admodum, ut ſibi videtur, me, quaſi dialectices imperitum, irridet. " At Aſclepiadem, *in-*
" *quit*, medicum celeberrimum
" chirurgiam omnino non atti-
" giſſe, idque *librorum ejus in-*
" *ſcriptionibus* declarari, a *Re-*
" *ſponſionis auctore* diſputatum
" videmus. Praeclarum ſane ar-
" gumentum! quod vix alius ex-
" cogitare unquam potuiſſet:
" *Aſclepiades nihil de chirurgia*
" *aut ſcripti reliquit*; AVT QVOD RE-
" LIQVISSET PERIIT; *ergo chirurgiam*

" *non*

" *non omnino attigit* [1] ". Sed excusatum me habere debet, si, ut argumentum mihi conficiat, ei confidere nequeam; qui verba mea raro admodum recitat, quin sensum eorum, aut adjiciendo aliquid, aut detrahendo, aut aliquo modo immutando, pervertat. De *Asclepiade* autem dixeram: *Si Plinium inspiciamus, ubi tot medicos fama et arte insignes apud Romanos recenset; quae de medendi illorum ratione commemorat, nihil omnino cum chirurgia habent commune.* Deinde post pauca adjicio: *Praeterea opera quaedam Antonii Musae, et Themisonis, plura vero Asclepiadis ab antiquis scriptoribus laudantur, quorum nulla ad chirurgiam spectant* [2]. Quis jam candidus rerum aestimator probabile saltem argumentum hinc e-

1 Defens. p. 15. 2 Respons. p. 196, 197.

duci poſſe, eum chirurgiam non attigiſſe, negabit? Etenim ſi omnes medicinae partes is pariter exercuiſſet, uti *Defenſor* poſtea contendit [1]; chirurgiam inter reliquas eum ſcriptis ſuis prorſus neglecturum fuiſſe; aut ſi non neglexiſſet, nihil eorum, quae de illa ſcripſerat, ab iis, qui tot alia ejus opera (quorum viginti collegit *Fabricius* [2]) commemorent, proditum memoriae fuiſſe; num quis omnino credibile exiſtimabit? Certe vel minimam hoc veritatis ſpeciem habere, neminem minus *Defenſore* noſtro putare oportet; utpote qui *partem eam Romae, in urbe bellicoſa, reliquis pluris fuiſſe aeſtimatam*, opinari videatur [3]. Verba igitur, AVT QVOD RELIQVISSET PERIIT, non mea ſunt, ſed *Defenſoris* calum-

1 Defenſ. p. 18. 2 Bib. Gr. Vol. xiii. p. 90.
3 Defenſ. p. 15, 19.

niandi

niandi mei caufa additamentum.

" Sed non videt, *inquit*, vir
" *ingeniofus*, Afclepiadem dum
" *chirurgum* fuiffe negat, at
" *pharmacopolam* faltem fuiffe,
" eodem illo argumento conce-
" dat neceffe eft; fcilicet quod
" *de medicamentorum compofi-*
" *tione* eum fcripfiffe fateatur.
" Afclepiades vero ipfe, cum in
" *anginis* curandis novam quan-
" dam curandi rationem inftitu-
" tiffe traditur [1], *a chirurgica*
" *artis parte* non omnino manus
" abftinuiffe videtur [2]". Quam levia fint, quae de Afclepiade *pharmacopola* hic loquitur, ex iis, quae de veteribus *pharmacopolis*, et quomodo a medicis diftinguerentur, in *Refponfione* mea dixi, facile apparebit [3]. Pharmacoplae

1 Plin. Hift. xxvi. 3. 2 Defenf. p. 15.
3 Pag. 187, 188, &c.

enim

enim medicamenta conficiebant, quae medicis venderent; non ipſi, ut hodie, medebantur. Et ſi quando medici ſibi ipſis medicamenta parabant; aut ſervos, uti multorum mos fuit, qui munus illud praeſtarent, domi habebant; quaeſtum tamen hinc aliis ea vendendo, ſicut pharmacopolae, non faciebant. Cur igitur *neceſſe ſit* Aſclepiadem pharmacopolam fuiſſe, quod *de medicamentorum compoſitione* ſcripſerit, qui percipere poſſit, eum me longe *ingenioſiorem* eſſe oportet. Quod *chirurgiam* autem eum tractaſſe cenſet, quia *Plinius* in *anginis* curandis novam quandam rationem inſtituiſſe tradat; in hoc quoque acumen ejus dialecticum deſidero. Plinii verba ita ſe habent: *In quibuſdam morbis medendi cruciatus detraxit, ut in anginis, quas curabant in fauces organo demiſſo.*

demiſſo. Ad quem locum eruditiſſimus Harduinus, *Medici priores,* inquit, *ſpecillo in fauces demiſſo, aliove ſimili inſtrumento, anginas curabant non ſine cruciatu.* Si Aſclepiades igitur medicaminis uſu, ſine inſtrumento, anginas curaret; non *chirurgi,* ſed *clinici,* ut videtur, *medici* partes etiam in hoc morbo medendo agebat. Nam et *Aretaeus* in opere *De acutis et diuturnis morbis,* tam *de cauſis et ſignis anginae* [1], quam etiam *de curatione* [2] ejus tractat; quod opus ſuum ab alio *De re chirurgica* a ſe ſcripto, ipſe diſtinguit [3]. Sed ut candide et aperte agam, Aſclepiadem *de ulceribus* ſcripſiſſe apud *Caſſium* invenio [4]; unde pari ratione chirurgiam eum exercuiſſe dicatur. Sed eadem reſponſio

1 Ed. Oxon. p. 6.
2 Ibid. p. 97.
3 Ibid. p. 128.
4 Problem. xl.

hic

hic quoque parata eſt. Nam de variis ulcerum generibus paſſim in eodem opere tractat *Aretaeus*. Quid, quod *Celſus* ulcerum quorundam curationem a chirurgorum officio eximit? *Vulnerum*, inquit, *ulcerumque* MVLTORVM, *curationes chirurgi ſibi vendicant*[1]. Cum *multorum* dicat, non *omnium*, quaedam manifeſto excipit. Et paulo poſt, illa proprie chirurgiae tribuit, *in quibus plus proficitur manu, quam medicamento.* Jam ſi medicus de morbo aliquo ſcripſerit, cujus curatio manu aliquando egeat; quis ſanus hinc chirurgi etiam munus eum ipſum medicum obiiſſe affirmabit? Leviſſimis igitur argumentis tam ut *chirurgum*, quam ut *pharmacopolam* Aſclepiadem fuiſſe demonſtret, hic pugnat *Defenſor*.

1 Praef. ad L. vii.

Ad illa *Craſſi* verba apud *Ciceronem* proxime devenit, quae ego duobus Celſi locis ſupra memoratis ſubjeceram, quo medicae artis partitionem diu ante Caeſares in uſu fuiſſe demonſtrarem. Atque hoc Craſſi teſtimonium ad *cauſam meam haud parum valere* ingenue ſatis primum fateri videtur. Mox autem, " Quod
" quidem, *inquit*, etſi non ſatis
" perſpicuum ſit, utrum de me-
" dicina, ut tunc in Graecia, an
" uti Romae exercebatur, acci-
" piendum ſit, conceſſo tamen
" ad medicos potius Romae de-
" gentes id pertinere; at non in-
" de tamen ſequitur morem i-
" ſtum univerſe ac generatim
" tunc obtinuiſſe, ſed *aliqua-*
" *tenus ſolummodo proceſſiſſe*[1]".
Diſtinctio iſta inter *Graecam* et

[1] Defenſ. p. 17.

Romanam medicinam tunc temporis quam frivola et inanis ſit, haud ſemel antea oſtendimus. Quod concedit autem, accipiamus; nimirum *medicae artis partitionem Romae aliquatenus tunc proceſſiſſe.* Certe ſi ita eſſet, quemadmodum haec conceſſio cum ſententia ſua, ut ipſe non tantum in *Diſſertatione* ſua, ſed etiam in *Defenſione* eam expoſuit, conciliari poſſit, prorſus intelligere nequeo. Dixerat enim antea *haud ullam artis hujus partitionem, ullamve medicorum et chirurgorum diſtinctionem* ante Caeſarum tempora ſe reperire, niſi quod *una alterave forſan exceptio opponi poſſit* [1]. Si *nulla* igitur *medicae artis partitio* per id temporis ſpatium Romae facta fuiſſet, qua ratione Craſſi aetate *aliquatenus proceſ-*

1 Defenſ. pag. 10.

fisse potuit? Neque minus pro-
fecto iis, quae de Celso supra dis-
putaverat, hoc repugnare vide-
tur. Num Celsus enim in arte
sua adeo hospes fuisse existiman-
dus est, ut illud *suo* demum *tem-
pore* Romae initium habuisse di-
ceret, quod tam diu antea in usu
fuisset? Nemini, opinor, ut id
credat, persuadere poterit. Ve-
rum unde ex Crassi verbis con-
stabit, partitionem istam medi-
cinae tunc *aliquatenus solum-
modo processisse?* Contrarium po-
tius, ni fallor, ex serie orationis
concludere licebit; quae sic se
habet: *Tum Crassus, non in hac,
inquit, una, Catule, re* [oratoria
scil.] *sed in aliis etiam complu-
ribus, distributione partium, ac
separatione, magnitudines sunt
artium diminutae. An tu exi-
stimas, cum esset Hippocrates ille
Cous, fuisse tum alios medicos,*

 qui

qui morbis; alios, qui vulneribus; alios, qui oculis mederentur [1]? Atque idem mox *geometriae, musicae*, ac *literis*, hoc est grammaticae, accidisse ostendit. Non loquitur autem de ea partium separatione, quasi tum primum fieri coepisset, aut *aliquatenus solummodo processisset*; sed ut rem bene notam, et quae vulgo obtinuisset, eam describit. Quod nisi de medicina pariter ac aliis artibus verum fuisset, vix, opinor, inter ceteras eam memorasset; multoque minus profecto id fecisset, si *nulla medicorum et chirurgorum distinctio* tunc temporis fuisset, *praeter unam alteramve forsan exceptionem, quae opponi posset*. Quemadmodum igitur quae *Defensor* hic dicit, aut cum iis quae supra dixerat, aut cum Crassi verbis

1 De Orat. iii. 33.

conve-

conveniant, ipsi exponendum relinquam.

Utcunque autem haec sint, "Quod magis, *ut ait*, ad rem "suam est; ex hoc eodem loco "verisimile videtur *Asclepiadem* ipsum de eorum numero "esse, qui non excerptam aliquam medicinae partem, sed "qui universam essent professi". Rationem adfert, quod "Cicero [*Crassus* potius] in eodem "illo libro, uti *medicum eximium* atque *amicum suum*, eum "laudaverit; qui hac medicinae partitione artem ipsam "discerptam, ejusque LAVDEM "et magnitudinem imminutam "indicat; nec se eos in medicis magnis atque excel"lentibus numerare ostendit, "qui vel morborum vel vulnerum medicinam separatim at"que unice profiterentur, sed

"qui

" qui Hippocratis exemplo nul-
" lam medicinae partem negli-
" gerent [1]". Eodem igitur ratiocinandi modo, *oratores*, *geometras*, aliosque suae aetatis homines eruditos, quorum artes jam divisae atque imminutae fuerant, *Crassus* contemnere, neque in magnis et excellentibus numerare debuit. Quantis tamen laudibus ab eodem celebratur *Antonius*, qui contrariam opinionem de rei oratoriae magnitudine adversus eum tuebatur? Nec *Sulpicium* despicatui habuit, qui *rerum forensium et communium vulgarem cognitionem satis magnam ad eam, quam spectabat, eloquentiam* esse, aperte ei declaravit [2]. Neque ubitandum est, quin, cum *clinica medicinae parte* tunc temporis Asclepiades esset celebris, ea laus viam ad

1 Defens. p. 17. 2 De Orat. iii. 36.

Crassi

Craſſi amicitiam facile ipſi aperire poſſet. Quid, quod verbum LAVDEM adjecit *Defenſor*, quod apud Ciceronem hic non legitur? Neque neceſſario ſequitur, cujus artis magnitudo ſeparatione imminuatur, *laudem* ejus ideo imminui. Laus enim artis alicujus non tam ex magnitudine ipſius et partium numero, quam ex naturae dignitate atque excellentia aeſtimari debet. Num quid de *grammaticorum* artis laude detractum fuit, quod *grammatiſtae* primas literas docuerunt? num *oratorum* apud Graecos, aut *juriſconſultorum* apud Romanos; quod his *leguleii*, illis vero πραγματικοὶ miniſtros ſeſe praebuerunt? Imo cum *Defenſor* ipſe Aſclepiadem paulo ſupra *pharmacopolam* fuiſſe contendit, num in laudem ejus id accipi voluit? Vix, credo, hoc dicere ſuſtinebit. Ad haec,

ſi magnitudines artium imminuere idem ſit, ac eas dedecorare, dedecoravit certe *Hippocrates*. Is enim *primus*, ut a Celſo docemur, *ab ſtudio ſapientiae medicinam ſeparavit*[1]. Praeterea Craſſus Aſclepiadem omnes medicinae partes exercuiſſe neque hic, neque alibi uſquam ſignificat. Contra autem Celſus, qui medicinam in tres partes, διαιτητικὴν, φαρμακευτικὴν, et χειρουργικὴν a Graecis nominatas, poſt Hippocratem diductam fuiſſe ſcribit[2]; Aſclepiadem ad primam harum *omnem ſuam curam tranſtuliſſe* teſtatur[3]: etſi Clericus quidem, ut diximus, qui per *diaeteticen* eam partem, quae morbis internis medicamenta adhibet; per *pharmaceuticen* vero illam, quae tumoribus, ulceribus, aliiſve corporis noxis, quibus manu non opus

1 Praef. ad L. i. 2 Ibid. 3 Praef. ad L. v.

ſit,

ſit, intelligit; num hae duae partes tam vere, aut ſaltem tam conſtanter, diverſorum hominum munere a ſe invicem ſepararentur, ut *chirurgice* ab utraque, dubitare videatur. Quomodocunque autem id fuerit, fruſtra ſane ex hoc Ciceronis loco Aſclepiadem *omnes medicinae partes* profeſſum fuiſſe, *Defenſor* nobis perſuadere ſtudet. Et quidquid in contrarium ab eo dictum ſit, *clinicus medicus fabulae*, ut appellat[1], noſtrae revera *ſit heros*; quandoquidem, Celſo ipſo teſte, *ex tribus medicinae partibus, ut difficillima, ſic etiam* CLARISSIMA *eſt ea, quae morbis medetur*[2].

AD alterum controverſiae caput nunc iterum redit; ubi pro ſumma ſua humanitate *ſtultum* et *bardum* me appellat, quippe

1 Defenſ. p. 18. 2 Praef. ad L. i.

quia vocem INDIGNAM ſe *Plinii* verbis inſeruiſſe obſervaſſem. Rogatque: “Nihilne dicis de me-“dicinae indignitate apud Plini-“um reperiri”? Egregia ſane argumentandi ratio! Plinius in hoc loco non de medicae artis indignitate loquitur, ergo nihil iſtiuſmodi apud eum reperitur. Aut: alias de ea re loquitur, ergo et hic. “Sed exclames, *inquit*, “licet, quantum volueris; ego “contra contendo atque affir-“mo, Plinium hoc ipſo in loco “*aſſerere*, Romanos propterea “medendi artem neglexiſſe, quod “*gravitate ſua* INDIGNAM eam ju-“dicarint”. Mox autem: “Vox “illa INDIGNAM, etſi in Plinii qui-“dem *verbis non reperiatur*, “ad ſenſum tamen conſtituen-“dum neceſſario requiritur; ne-“que de *voculis* ego auctorum, “ſed de *ſenſibus* omnino diſpu-

“tandum

" tandum esse censeo; tuamque " loci hujus interpretationem " nec Plinii mentem attingere, " nec *sensum plane ullum con-* " *tinere* dico [1]". Quid agas cum homine adeo pertinaci? Sententiam meam, cujus me nondum poenitet, in *Responsione* mea satis perspicue exposui; quam, ne hic actum agere repetendo videar, qui velit, adeat [2].

Sed reliqua audiamus: "Quod " dicit autem *Responsionis auctor* " voces eas, *ad Graecos trans-* " *fugae*, non eo sensu accipi de- " bere, quem ego confinxeram; " ego sane, quid sibi velit, non " intelligo; nisi quod *calumni-* " *andi occasionem*, cum nulla " prorsus fuerit oblata, *arripere* " studeat: quippe ego vocibus " istis nullam omnino interpre- " tationem sensumve meum de-

1 Defens. p. 24, 25. 2 Responf. p. 48, &c. 163, &c.

 "deram;

" deram; ſed *nudas eas* ſo-
" lummodo, ut in Plinio legan-
" tur, protuleram[1]". Itane re-
vera? Plinii verba ſunt: *Pauciſ-
ſimi Quiritium attigere, et ipſi
ſtatim ad Graecos transfugae*:
quae ille haud aliter fere jam ex-
plicat, quam ego ex Harduino
ante explicueram. Sed loco il-
lorum, *et ipſi ſtatim ad Graecos
transfugae*, non diverſis tantum
voculis, ſed, ut mihi videtur, *ſen-
ſu* etiam diverſo, *tanquam ad
Graecos transfugae habebantur*,
in *Diſſertatione* repoſuerat[2]. Et
profecto aut longe fallor, aut a
ſenſibus ſcriptorum haud raro
minus erraſſet, ſi ad *voculas* eo-
rum magis attendiſſet. Uter au-
tem noſtrum hic *calumniandi
occaſionem arripuiſſe* potius exi-
ſtimari debeat, alii judicent.

1 Defenſ. p. 25. 2 Vid. Reſponſ. p. 49.

A

Ad ea *Responsionis* meae verba proxime accedit, ubi quaero: *Unde ex* Euripidis *et* Terentii *testimoniis demonstrari possit, Romanos medendi artem, quod a servis occupata fuit, rejecisse; cum uterque scriptor ad Atticorum, non ad Romanorum mores respiciat*[1]? Ut hunc igitur scrupulum removeat, "Nonne, *inquit*, "Romani etiam poetae testimonium ad rem eandem confirmandam adjeci? Idque nonne omnium recte ac dilucide disputantium est, quam rem susceperint probandam, eam rem primum *universe veram*, aliarumque gentium notionibus consentaneam; deinde *apud eos homines praecipue*, de quibus quaestio instituitur, *in usu fuisse* ostendere[2]"? Hanc commodissimam esse rem expediendi

1 Responf. p. 60. 2 Defenf. p. 29.

ratio-

rationem, nemo certe denegare poteſt; ſed teſtimonia haec rei, cujus cauſa adferuntur, parum congruunt; quandoquidem *Terentii* verba, aeque ac *Euripidis*, ad mores Atticorum ſpectant. Quare cum neque hic *rem univerſe veram apud alias gentes*, neque ille *apud Romanos in uſu fuiſſe* demonſtret; uterque a propoſito alienus merito judicari debet. Nam quod ſtatim adjicit: "Quaſi non perinde ac in Graecia, "ita Romae etiam eandem le-"gem obtinuiſſe conſtaret; u-"bi *ſervos* non a *cauſis* modo *o-"randis*, ſed vel a *teſtimonio* "*dicendo* prohibitos cognovi-"mus": etſi id veritati conſentaneum ſit, niſi forſan rei neceſſitas aliter exigeret, ubi ſervis in judicio comparere et teſtimonium dicere per leges concedebatur; non ex hoc tamen Terentii

loco, ſed ex aliis ſcriptoribus, qui Romanorum mores tradiderint, oſtenditur.

In *Diſſertatione* ſua dixerat, *haud negandum eſſe, quin cum ſervulis medicinam exercentibus, alii quoque ſeſe conjunxerint Graeculi eſurientes, qui quaeſtus cauſa a Graecia Romam effluxerint, liberae fortaſſe, ſed humilis certe atque abjectae conditionis; quippe gens illa omnis tanto Romae in contemtu habita eſt, ut nomen ipſum* Graecus[1], *tanquam centumelioſum quiddam et opprobrii plenum, jactitare plebs atque in ore habere ſoleret*[2]. Quaero igitur in *Reſponſione* mea: *Si mos eſſet Romanae plebeculae gentem omnem Graecorum ita tractare; cur abjectae potius, quam honeſtae conditionis illos fuiſſe, hinc concludere oportet*[3]?

1 Plutarch. in. vit. Cic. p. 181. ed. Steph. 2 Diſſert. p. 9. 3 Reponſ. p. 63.

Huic

Huic autem quaeſtioni nunc alia quaeſtione reſpondens, "Quam "aliam, *inquit*, ob cauſam hoc "fieri putandum eſt; niſi quod "id hominum genus *egenum*, "*ſordidum*, *eſuriens* populus Ro-"manus ſemper cognoviſſet [1]"? Quod pace autem illius dictum velim, a mente *Plutarchi*, cujus teſtimonio hic nititur, toto, ut aiunt, caelo erraſſe videtur. *Plutarchi* enim verba, de *Cicerone* loquentis, ſic ſe habent: Ταῦτα δὲ τὰ Ῥωμαίων τοῖς βαναυσοτάτοις πρόχειρα καὶ συνήθη ῥήματα, Γραικὸς καὶ σχολαστικὸς, ἀκούων. Non *Graecus* dicit et *eſuriens*, ſed *Graecus* et *otioſus*. Cum haec igitur eſſent verba, quae, ut ſcribit Plutarchus, *viliſſimus quiſque Romanorum promta et aſſueta in ore habebat*: non quod *egenum*, *ſordidum*, et *eſuriens* hominum genus eſſent Graeci,

1 Defenſ. p. 31.

nomen

nomen eorum, tanquam contumeliae plenum, plebs Romana jactitabat; ſed quia *ſtudiis* atque *otio literario* plerumque ſe dederent, invidia potius, ut videtur, quam contemtu commota, illud in probrum ipſis convertere, quaſi homines eſſent ad nullam rem utiles, volebat. Atque hoc ex Plutarchi verbis proxime praecedentibus ſatis perſpicue colligi poteſt, quibus contumelioſa iſta nomina in *Ciceronem* jacta fuiſſe ait, quia τὸν πρῶτον ἐν Ῥώμῃ χρόνον εὐλαβῶς διῆγε, καὶ ταῖς ἀρχαῖς ὀκνηρῶς προσῄει. *Graecus* igitur audiit *Cicero*, dum more Graecorum viveret, hoc eſt privatus, ac ſtudiis deditus, neque ullos honores peteret. Propter *egeſtatem* certe id infamiae ſubiiſſe, nemo ſanus vel per ſomnium cogitare poteſt.

Cum pergit autem quarere: " Num cuiquam veriſimile vi-

 ' deri

“ deri poteſt, *principes* Graeco-
“ rum *medicos*, gratia apud ſuos
“ et dignitate florentes, atque
“ *ampliſſima fortuna* uſos, Ro-
“ mae quaeſtus cauſa migrare
“ velle, ut tam iniqua conditi-
“ one viverent, ut ſibilis et con-
“ tumeliis a plebe exciperen-
“ tur”? facilis ſane eſt reſponſio. Num is enim affirmare ſuſtinebit, omnes Graecorum medicos, praeter *principes* iſtos, *ampliſſima fortuna* uſos, *egenos* atque *eſurientes* fuiſſe? Alii ſine dubio, re forſan mediocri, ſed arte excellentes, fuerunt. Atque hi certe, ſi non principes iſti, ut quaeſtus cauſa Romam venirent, haud difficulter admodum adduci poſſent; illa praeſertim aetate, qua tanta Graecae medicinae apud Romanos aeſtimatio fuit, ut qui ea excelluerint, non ſolum magnas divitias cito acquirere, ſed etiam

etiam ſummorum virorum neceſſitudines et amicitias ſibi conciliare ſperarent, quibus freti *ſibilos* iſtos et *contumelias* plebeculae, ſi quando iis excepti eſſent, facile contemnerent. Hoc *Aſclepiadis* exemplo manifeſtum eſt; alioquin ſane male ſibi conſuluit, *qui* ante id tempus [1], ut ſupra eum collaudans dicit defenſor, *maluit in illa urbis luce laude et gratia apud optimates, quam apud Mithridatem opibus florere* [2].

Ad ultimum jam locum, quo me aggreſſus eſt, accedimus; ubi, totis ſuis viribus una collectis, quae in tres ſimul adverſarios antea diſtrahebantur, in me ſolum impetum convertit. De loco autem *Ciceronis* hic agit, in quo Ciceronem de *quaeſtibus* vel *artibus liberalibus*, et *illiberalibus*;

1 Vid. ſupra, p. 25. 2 Defenſ. p. 21.

hoc eſt,quae *libero homine dignae* eſſent, quae *indignae*, tractare dixeram [1]. Jam quid *Defenſor* noſter? " Diſputat, *inquit*, vir " *eruditus*, Ciceronem ibi de *per-* " *vulgata ea artium partitione*, " in *liberales* PROPRIE ITA DICTAS " ſeu *ingenuas*, ut Cicero eas a- " libi vocat; ac *illiberales* ſeu " *ſordidas*, tractare propoſuiſſe [2]". Quo ore haec pro meis, quae tum vocibus, tum ſententia ab iis, quae ſcripſeram, tantopere diſcrepant, lectoribus ſuis obtrudere poſſet, ſatis profecto mirari nequirem; ni candorem ejus, ac fidem, in verbis meis recitandis toties ante expertus eſſem. Nihil enim de pervulgata aliqua artium partitione in *liberales* PROPRIE ITA DICTAS, et *illiberales*, illic diſputo. Imo tantum abeſt, ut aliquid iſtiuſmodi prae me feram, ut con-

1 Reſponſ. p. 53, &c. 2 Defenſ. p. 36.

trarium

trarium plane ſignificem. Nam in Ciceronis diſtributione, inter reliquas artes liberales ibi memoratas, eas *proprie ita dictas* vocibus illis, *doctrina rerum honeſtarum*, denotari oſtendo. Partitionem igitur ſibi habeat, quam ipſe confinxit, neque ex verbis meis unquam exculpet. De tota autem hac re adeo confuſe ac perturbate locutus eſt, ut quid per *artes liberales* PROPRIE *ita dictas* intelligere debeamus, operae pretium ſit paulo accuratius exquirere. *Defenſor*, ut mox ſeſe explicat [1], artes quaſdam non a *ſordidis* tantum, ſed etiam ab aliis, *improprio vocis uſu* et *laxiori quodam ſenſu* aliquando *liberalium* nomine vocatis, diverſas hac appellatione veteres intellexiſſe cenſet. Si vera ſit haec ſententia, minus ſane beneficio

1 Defenſ. p. 38.

ſuo

ſuo me ſibi divinctum habet, qui artium partitionem uno membro defectam mihi tribuere voluit. Nam artes illae liberales *improprie ita dictae* in ea non comparent. Sed unde hanc diſtinctionem ſuam hauſerit, et quinam ſint iſti veteres, qui de artibus liberalibus *improprie ita dictis* locuti ſint, non invenio. Quae *Fabius* autem ſcribit, haud parum lucis ad hanc rem expediendam adferent. *Proprietas*, inquit, *non ſimpliciter accipitur*: hoc eſt, vocabulum *proprietas* non ſimplici notione accipiendum eſt. Igitur, ut mox indicat, *non quicquid non eſt proprium, protinus erit improprium.* Inter varias autem ſignificationes, quas vocabulo ei adſcribat, una eſt, quae rei, de qua agimus, optime convenire videtur. *Quod* COMMVNE *eſt*, inquit, *et aliis nomen, in-*

tellectu

tellectu alicui rei PECVLIARITER *tribuitur: ut* urbem, *Romam accipimus*; *et* venales, *novitios*; *et* Corinthia *aera: cum ſint urbes aliae quoque*; *et venalia multa*; *et tam aurum et argentum, quam aes Corinthium* [1]. Ex his Fabii verbis quid de artibus liberalibus PROPRIE *ita dictis* ſtatui debeat, facile intelligi poteſt. Nam omnes artes libero homine dignas *communi* liberalium nomine veteres appellaſſe videntur; uſus autem invaluit, ut haec appellatio certis earum quibuſdam ita *peculiariter*, vel (ut *Defenſoris* verbo utar) *proprie* adhaereret, ut quoties de artibus liberalibus, nulla nominata, mentio fieret, quae ſignificarentur, nemo ignoraret. Has *Seneca* intellexit, in hunc modum ſcribens: *De liberalibus ſtudiis quid ſentiam,*

1 Inſt. Orat. L. viii. c. 2.

ſcire

ſcire deſideras. Nullum ſuſpicio. Rudimenta ſunt noſtra, non opera. Et mox: *Quidam illud de liberalibus ſtudiis quaerendum judicaverunt: an virum bonum facerent? Ne promittunt quidem.* Et ne dubitemus, quaenam hic ſtudia liberalia velit, *grammaticam, geometriam,* et *muſicam* ſtatim nominat. Item paulo poſt de iiſdem ſtudiis liberalibus verba faciens, *Artes,* inquit, *quas* ἐγκυκλίους *Graeci, noſtri* LIBERALES *vocant*[1]. Hae ſunt igitur artes liberales a veteribus *peculiariter* ſic dictae: quod e Cicerone quoque mox oſtendemus. At vero cum de artibus liberalibus *communiter* ita vocatis loquantur, plures eo nomine includunt; uti Cicero in ſua diſtributione *medicinam, agricul-*

[1] Epiſt. lxxxviii.

turam,

turam, aliasque inter liberales collocat.

Sed pergit: " Quis autem, si
" diis placet, tam *ridiculum* un-
" quam *artium liberalium cata-*
" *logum* antea vidit? quis prae-
" ter auctorem nostrum ejusmo-
" di illarum corpus quoddam ef-
" fingere potuit; de quibus ne
" VNAM quidem in *liberalibus* un-
" quam haberi reperimus? Ar-
" tes enim istae modo memo-
" ratae si in *liberalibus* habendae
" sunt, tunc *ars illa agricola-*
" *rum* omnium longe *liberalis-*
" *sima* esset, utpote omnium
" maxime hoc in loco laudata,
" liberisque hominibus commen-
" data. Sed tantum absuit, ut
" *agriculturam* Cicero unquam
" in *artium liberalium* numero
" ponendam existimaret; ut eam
" ipsam, tanquam *ab omni poli-*
" *tiori elegantia abhorrentem*,

" ab *artibus ingenuis* ac *elegan-*
" *tibus*[1] quam longiſſime ſejun-
" gat[2]". Quemadmodum haec inter ſe cohaerere poſſint, me plane neſcire fateor. Etenim cum de *ridiculo* meo, ut vocat, *artium liberalium* catalogo ne VNAM quidem in *liberalibus* unquam haberi affirmet, per vocem LIBERALIBVS eum *artes liberales proprie ita dictas* intelligere neceſſe eſt; nam omnes eas *improprio vocis uſu* et *laxiori quodam ſenſu* liberales nonnunquam dici ſequenti pagina concedit. Idem quoque de *artibus ingenuis* ac *elegantibus* dicendum eſt, a quibus Ciceronem *agriculturam* quam longiſſime ſejungere ait; quae, ut agriculturae opponuntur, ad *proprie liberales* omnino referri debent. Sed artes illae Ciceronis

1 Cic. De Fin. l. iii. c. 1. 2 Defenſ. p. 37.

ingenuae ac *elegantes* eaedem ſunt, quas Seneca nominat, *geometria* ſcilicet, *muſica*, *grammatica*, et *rhetorica*; quarum *ſtudia* et *doctrinas* etiam *liberales* ac *liberaliſſimas* alibi vocat [1]. Atque has ipſas artes Ciceronem per voces, *doctrina rerum honeſtarum*, intellexiſſe *Defenſor* ipſe mox confitetur: ubi, "Quid, *inquit*, aliud " per *doctrinam rerum honeſtarum* intelligi poterit, ac mu- " nus ipſum profeſſioque res ho- " neſtas docendi? At harum ple- " rumque doctores, *rhetores* ſci- " licet, *grammaticos*, *paedago*- " *gos* ex ſervorum grege fuiſſe " cognovimus: quamvis enim " *res ipſae*, quas docebant, *ho*- " *neſtae* et *liberales* cenſeban- " tur; docendi tamen munus, " Romae ſaltem, haud ullo fere " in honore fuiſſe accepimus [2]".

1 De Orat. l. iii. c. 32. l. i. c. 3. 2 Defenſ. p. 37.

Quare cum ne VNAM quidem ex artibus in meo, vel potius Ciceronis, catalogo primum in *liberalibus* (ſcil. *proprie ita dictis*) habendas eſſe aſſerat; ac ſtatim nonnullas earum *liberales*, eadem vocis notione ſervata, appellet: ſi quid video, hic manifeſto ſibi contradicit. *Doctores* autem, hoc eſt profeſſores, harum artium *ex ſervorum grege* fuiſſe falſo affirmat, ut in *Reſponſione* mea oſtendi [1]. At *artes*, inquit, *iſtae modo memoratae ſi in liberalibus habendae ſunt, tunc ars illa agricolarum omnium longe liberaliſſima eſſet.* Certe ſi hoc concedamus, nihil detrimenti inde cauſa noſtra accipiet. Quanti agriculturam veteres fecerint, omnibus fere notum eſt. Cato *ad ſapientis vitam proxime accedere* exiſtimavit [2]. Sit igitur

1 Reſponſ. p. 33. 2 Cic. De Sen. c. 15.

agricultura, ſi velit, *liberaliſſima*, hoc eſt, *libero homine digniſſima*; quemadmodum et Seneca *medicinam* artem *liberaliſſimam* appellat [1]. Nam cum dicit Cicero *agriculturam abhorrere ab omni politiore elegantia*; de *orationis* tantum *elegantia*, quam neglexit agricultura, non de artis dignitate loquitur. Neque ullam rationem video, quidni artes aliae liberi hominis cura et ſtudio haud minus dignae, vel etiam digniores, iis liberalium nomine peculiariter dictis, haberi poſſent. Omnes liberales artes ſine dubio ita dictae fuerunt, quia liberos homines decerent. Sed quae peculiariter id nomen habuerunt, non tam propter ſingularem prae omnibus aliis excellentiam ac dignitatem ita nuncupatae fuiſſe videntur;

1 Epiſt. xcv.

quam quod earum doctrina omnibus libere natis atque institutis necessaria censeretur, qua ad prudentiam et liberalia in civili vita officia informari possent. Hinc Graecis προπαιδεία et προπαιδεύματα appellantur[1]. Item Seneca, ut paulo supra vidimus, *rudimenta nostra* vocat. Et Cicero contra *rei militaris virtutem* [hoc est *artem*] *praestare ceteris omnibus* declarat[2], quam tamen artibus *ingenuis* et *elegantibus* non adnumerat; neque *Defensor* inter suas *proprie liberales*, ut statim eas describit, admittet.

Sed ut *inscitia* mea clarius appareat, quaenam loci hujus Ciceronis vera sit sententia, nos ipse docebit. "Atque id primum, *inquit*, de artium liberalium notione sciendum est; illas solummodo in earum numero a

1 Suidas in vocc. 2 Pro Muren. c. 9.

" vete-

" veteribus censeri, non quae " *victus quaerendi, lucrive fa-* " *ciendi* causa; sed quae *animi* " *erudiendi, delectandive* gratia " excolebantur: atque ex quibus " non *quaestus aliquis, utilitasve* " *ad vitam necessaria*; sed *libera* " *quaedam animi oblectatio quae-* " *rebatur*. Quod quidem earum " veram propriamque esse de- " finitionem arbitror: et quoties " de quaestuosis illis aliquas, mi- " nusve ingenuis, liberales ali- " quando dici reperiamus, id " nonnisi *improprio vocis usu*, et " *laxiori quodam sensu* accipien- " dum; atque, uti hoc in loco, " haud aliud indicare intelligen- " dum est, ac ejusmodi artes a " *probrosis* et *turpibus* distingui, " atque isti hominum generi, cui " conveniunt, honestas esse". Et addit: " Hoc igitur loco Cice-

" ronem

" ronem de *artibus revera* et
" *proprie liberalibus* ne verbum
" quidem ullum fecisse, nec om-
" nino cogitasse dico: differit so-
" lummodo de artificiis seu quae-
" stibus illis, unde *lucrum con-*
" *ficiebatur*, atque *aliquid ad-*
" *quirebatur*: *sordidas* primum
" enumerat, deinde ad *honesti-*
" *ores* progreditur[1]". Quaenam Ciceroni ac Senecae artes sint proprie liberales, supra vidimus; ubi et *Defensorem* nostrum sibi assensorem habuerunt. Nunc autem sententia sua, ut videtur, subito mutata, Ciceronem in hoc loco *de artibus revera et proprie liberalibus ne verbum unum fecisse* dicit. Qua ratione haec inter se conciliari possint, quae ita discordare videntur, solertior aliquis, qui nobis explicet, requiritur. In *Dissertatione* sua di-

1 Defens. p. 37, 38.

xerat *artem medicam vix unquam, ut sibi videtur, inter* LIBERALES *censeri; contra vero apud jurisconsultos a* LIBERALIBVS STVDIIS *distingui semper et sejungi* [1]. Inter artes autem *honestiores*, et *improprie* saltem *liberales*, medicinam a Cicerone hic numerari fatetur. Quare per ARTES LIBERALES, quarum consortio medicinam in *Dissertatione* exclusit, *revera liberales*, et *proprie ita dictas*, eum intellexisse necesse est. Sed ARTES vel STVDIA LIBERALIA jurisconsultis *rhetoricam* esse, *grammaticam*, et *geometriam*, in *Responsione* mea probavi [2]. Si tunc igitur has artes *revera* et *proprie liberales* esse concesserit, cur nomen illud jam minus mereri debent? Ceterum quibus veterum scriptorum testimoniis artium in *proprie* et

1 Differt. p. 9. 2 Respons. p. 72.

improprie liberales diſtinctio nitatur, nos ſaltem docere debuit. Mihi enim haud magis congruens videtur, artem aliquam *improprie liberalem*, quam *libero homine improprie dignam* vocari. Senecae verbis hanc diſtinctionem applicemus, quae tunc ita ſe habebunt: *Artes pleraeque, imo ex omnibus* LIBERALISSIMAE [improprie ita dictae] *habent decreta ſua, non tantum praecepta; ſicut medicina*[1]. Quis aliquid adeo abſurdum in Senecae mentem unquam veniſſe, ſibi perſuadere poterit? Ad haec, quantum ex *Defenſoris* noſtri definitione conjicere poſſum, eaedem artes *proprie*, aut *improprie* liberales eſſe poſſent; prout *lucri*, aut *animi delectandi cauſa*, iis quiſque animum ſuum exco-

1 Epiſt. xcv.

lere ſibi proponeret. In *Diſſertatione* ſua obſervaverat ingenuum quemque apud Romanos *re militari*, *philoſophia*, *jure civili*, aut *eloquentia* ſe exercuiſſe, atque hiſce ſolis artibus viam ſibi ad *opes*, *famam*, et *honores* patefeciſſe [1]. Nulla igitur ex his artibus liberalis fuit, dum *aliquid* per eam *adquirebatur*; ne *philoſophia* quidem, multo minus certe *eloquentia*, cui, ut Cicero ſcribit, *erant maxima expoſita praemia, vel ad gratiam, vel ad opes, vel ad dignitatem* [2]. Quidquid autem ille de hac re ſtatuat; mihi ſane perſuaſiſſimum eſt, omnes has artes apud veteres Romanos non tantum *revera liberales*, ſed etiam *liberaliſſimas* fuiſſe.

Quibus autem argumentis, aut veterum auctorum teſtimoniis,

1 Diſſert. p. 8. 2 De Orat. l. i. c. 4.

 defini-

definitionem ſuam vindicet, reſtat ut videamus. " Artes, *in-*
" *quit*, ut ſupra dixi, liberales a
" *toto illo genere quaeſtuoſo ſejun-*
" *ctas* ſemper eſſe notiſſimum eſt;
" eoque *liberaliores* haberi, quo a
" *quaeſtu* et *lucro omni remotio-*
" *res* eſſent. Quod quidem cum
" ex multis ipſius *Ciceronis* locis
" demonſtrari poteſt; tum ex
" eo potiſſimum, ubi ex *Pytha-*
" *gorae* ſententia vitam homi-
" num mercatus cujuſdam cele-
" britati comparari ait. *In quem,*
" *uti alii emendi aut vendendi*
" *quaeſtu et lucro ducerentur,*
" *alii vero, iique vel* MAXIME IN-
" GENVI, *nullum lucrum quare-*
" *rent, ſed viſendi ſolummodo*
" *cauſa venirent, ſtudioſeque per-*
" *ſpicerent, quid ageretur*; ſic
" in vita et ſtudiis hominum ac-
" cidere ſolere diſputat: nam,
" *ut illic* LIBERALISSIMVM *eſſet*

" *ſpectare*

" *ſpectare nihil ſibi adquirentem;* " *ſic in vita ea* LONGE *ſtudia* EXCELLERE, *ceteriſque omnibus* PRAESTARE, *quae, nulla quaeſtus* " *aut pecuniae ſpe propoſita,* " *in rerum cognitione et contemplatione verſabantur* [1]". Ex quibus aliis Ciceronis locis definitionem ejus artium liberalium veram ac juſtam eſſe demonſtrari poſſit, ariolari nequeo; ſed ex hoc certe nihil iſtiuſmodi apparet. Memini profecto loci cujuſdam apud Ciceronem, in quo *Defenſoris* definitionem iiſdem paene verbis *arti hiſtrionicae* attribuit. *In iis*, inquit, *artibus, in quibus non* VTILITAS QVAERITVR NECESSARIA, *ſed* ANIMI LIBERA QVAEDAM OBLECTATIO, *quam diligenter, et quam prope faſtidioſe judicamus? Nullae enim lites, neque controverſiae ſunt,*

[1] Defenſ. p. 38, 39.

quae

quae cogant homines, ſicut in foro non bonos oratores, ita in theatro actores malos perpeti [1]. Ubi Cicero non ipſorum, qui artes exercerent, ſed aliorum *utilitatem* et *oblectationem* intelligit. Unde ſuſpicari licet, ſimile quiddam hic, atque de *Suetonii* loco, *Defenſori* accidiſſe [2]; ut, cum plures artium definitiones in *Commentariis* ſuis notatas haberet, eam, quam minus oportuit, adhibuerit. Sed ad Pythagorae argumentum redimus; quod ſi totum concederemus, nequaquam tamen ex eo nullas artes, praeter eas, quae in *rerum cognitione* et *contemplatione* verſantur, liberales eſſe, recte concludi poſſet. Nam ut in mercatu alii homines *liberales* verſantur, praeter eos *maxime ingenuos*, qui tantum *ſpectandi cauſa* ſe illuc conferunt; ita nihil

1 De Orat. l. 1. c. 26. 2 Defenſ. p. 26.

prohibet,

prohibet, quo minus aliae artes, praeter illas, quae in *rerum cognitione* et *contemplatione* consistunt, *liberales* saltem, si non *liberalissimae*, sint habendae. At *Stoici* profecto de hac re cum *Pythagorico* nostro haud omnino consentient. Illi enim *virtutis*, quae in *actione* consistit, unicum *vere liberale studium* esse contendunt. Ita Seneca: *Quare liberalia studia dicta sint, vides; quia homine libero digna sunt. Ceterum unum studium vere liberale est, quod liberum facit; hoc sapientiae* [1]. Ubi voce *sapientiae* intelligit *virtutem*, ut mox sese explicat. Utri igitur hic fidem habeamus? Certe si verum loqui velimus, neutra sententia cum nostra quaestione aliquid omnino commune habet. Non enim de philosophorum quorundam

1 Epist. lxxxviii.

opinione hic quaerimus, qui, dum propria ſua ſtudia magnifice efferunt, de ceteris artibus aliquando ſatis faſtidioſe loquantur; ſed de communi rerum appellatione, prout in civili vita aeſtimarentur. Et revera in veterum ſcriptis illum omnino hoſpitem eſſe neceſſe eſt, qui nulla alia ſtudia praeter illa, quae ad *contemplationem* Pythagorae, aut Stoicorum *virtutem* pertinerent, eos in *liberalibus* habuiſſe credat. Nam et Senecam ipſum, cum ex communi hominum ſententia, non ex ſectae ſuae placitis, res aeſtimet, aliter loqui videmus. Neque *Defenſori* noſtro aſſentire poſſum, cum artes eo *liberaliores* habitas fuiſſe, quo a *quaeſtu* et *lucro omni remotiores* eſſent, ſtatuat. Ego certe ex ſua cujuſque dignitate, atque humano generi utilitate, laudem ac pretium

ſingulas

ſingulas potius cepiſſe, nequec quin cenſeam. At vero cum omnes *liberales* artes a *quaeſtu* et *lucro omni* ſemoveat, eoque *liberaliores* habitas, quo ab illo *remotiores* eſſent, dicat ; utinam ſane, quae propius illi accederent, et quae remotius ab illo ſepararentur, nobis indicare voluiſſet, quo facilius de cujuſque merito fieret judicium. In ſumma definitionem ejus fictam eſſe et commentitiam, communique veterum ſcriptorum de hac re ſententiae prorſus diſſentaneam, ex iis, quae diximus, ſatis manifeſto apparet.

Verum res, quae ex hoc Ciceronis loco in controverſiam inter nos venerat, non erat, an *medicina* inter *artes liberales proprie ita dictas* numerari deberet ; ſed *cui hominum generi* ex Ciceronis mente conveniret. Ille SERVIS

et LIBERTIS contenderat [1]; ego contra hominibus *liberis*, hoc est, *ingenuis* et *libertis*. Atque hoc tum ex Ciceronis partitione ostendi qui medicinam in iis artibus ponit quas libero homine dignas esse censet; tum etiam ex voce ORDO apud Ciceronem, quod *ordo servorum* eo sensu, quo ille in *Dissertatione* sua usus erat, apud veteres scriptores non legitur. Quare si in errorem istum incidissem, quem ille falso mihi adscribit, atque Ciceronem de *artibus liberalibus* PROPRIE ITA DICTIS tantum hic agere affirmassem; verum nihilominus foret, quod probare susceperam, medicinam scilicet in iis esse artibus, quas Cicero libero homine dignas, ideoque liberales, existimavit. Neque aliquid *Defensor* noster dixit, quo rei hujusce veritas infirmata sit. Contra au-

1 Dissert. p. 8.

tem

tem priorem ſuam opinionem ſibi diſplicere plane oſtendit, quod ORDINI SERVORVM *et* LIBERTORVM nunc PEREGRINOS adjecerit [1]. Quomodo autem ORDINEM ſuum SERVORVM tueatur ac vindicet, operae pretium ſit videre. *Ex multis,* inquit, *ſcriptorum veterum locis probare facile poſſum, vocem eam,* ORDO, *apud optimos Latinitatis auctores nihil aliud ſignificare, ac certum* QVODLIBET *hominum genus, communi aliqua vitae* SORTE, *vel abjecta atque infima, utentium* [2]. Atque hujus rei teſtes advocat *Terentium* [3], *Ciceronem* [4], et *Gruteri inſcriptiones* [5]. Jam ſi per *certum* QVODLIBET *hominum genus, communi aliqua vitae* SORTE *utentium,* hic QVEMLIBET *hominum* STATVM intelligat,

1 Vid. ſupra p. 23. 2 Defenſ. p. 34. 3 Eunuch. ii. 2. 3. 4 In Piſon. c. 8. In Catil. iv. c. 8. In Verr. i. c. 47. et iii. c. 78. 5 Pag. cccliii. n. 3.

ipſe in ea re fallitur: nullum e
nim teſtimonium adfert, quo vo
ORDO *ſervis generatim* tribuitu
ſtatumve eorum, qua ſervi, ſi
gnificat; prout in *Diſſertation*
ſua neceſſario intelligi debet, ub
ſervorum ordo, ut diverſum ho
minum genus, ab *ingenuis* diſtin
guitur. Sin autem aliud quid
dam per *ſervorum ordinem*, quar
ſtatum illorum *ſervilem*, nun
intelligat, lectores fallit, vocem
ORDO aliter accipiendo, atque i
illa acceperat. Sed ad teſtimo
nia ejus veniamus, quorum pri
mum ex *Eunucho* Terentii peti
tur, ubi *ordo* pro *fortuna* poni
tur. Verba ſunt: *Mei loci atqu*
ordinis hominem. Ad quem lo
cum Donatus: *Loci* INGENVVM
ordinis PAVPEREM; *illud natalium*
hoc fortunae eſt. Nam hom
iſte ingenuus fuit. Apud Cice
ronem *tertia in Verrem* certun
vita

vitae genus ſignificat. Nam de *ſcribis* illic Cicero loquitur, qui publici ſervi quandoque fuerunt. Hoc enim ſervi cum liberis commune habuerunt, ut diverſis officiis ac muneribus occuparentur. *In Piſonem* autem *cives* Romanos Cicero plane intelligit; *quarta* vero *in Catilinam*, et *prima in Verrem* peculiariter *libertinos.* Denique *in Gruteri inſcriptione* mulier *liberta* dicitur; quae ab *imo ordine*, hoc eſt *plebeio*, ad *ſummum honorem* nuptiis perducta fuiſſe videtur. Nihil igitur in his locis, quod ad *ſervos univerſim*, aut *ſtatum* illorum ſpectet, invenimus. Neque id mirum profecto, quandoquidem vox *ordo*, cum ſtatui hominum tribuatur, de *civibus* tantum dicitur, gradumque in republica denotat; qui pro triplici civium loco *ſummus*, *medius*, et *infimus*

mus vel *imus*, a ſcriptoribus vocatur. *Libertinis* autem ſeorſim a reliquis civibus eam appellationem non uſitate tribui ſolitam, etſi Cicero quidem, ut cauſae ſuae inſerviret, haud ſemel ita locutus ſit, ab *Aſconio* diſcimus: ita enim nunc eum paulo latiori ſenſu explico, ac in *Reſponſione* mea explicui [1]. At de *ſervis* nunquam dicebatur; utpote qui in nullo gradu vel loco civili, ſed in bonis dominorum haberentur. In duplici igitur errore *Defenſor* nunc verſari videtur, qui non ſolum ORDINEM ſuum SERVORVM, licet antea admonitus, adhuc retinuit; ſed PEREGRINOS etiam, tanquam ejuſdem ORDINIS, iis adjunxit. Sed objiciat forſan aliquis; utcunque id ſit, *peregrini* tamen, aeque ac *ſervi*, a Cicerone hic excludentur. *Pere-*

1 Reſponſ. p. 58.

grini

grini enim, ut nullum locum in republica tenebant; ita nec *ordinem* aliquem civilem, magis quam servi, facere poterant. Fatendum est quidem *peregrinos* in aliena civitate nullum ordinem vel gradum tenuisse; ni forsan, ut homines erant liberi, Cicero, ubi quibus hominibus quae artes in civili societate conveniant generatim explicat, eos quoque hoc nomine inclusisse censeatur. Ceterum si peregrini excludantur, *Defensoris* causam illud nihil omnino adjuvabit, quandoquidem cives tantum Romanos tunc intelligi necesse erit. Verum enimvero etsi, dum *servorum* ORDINEM, ut fictum et Latinis auribus inauditum, evertere conabar, ad nullam aliam vocis notionem attenderem; re tamen denuo considerata, litem illi minime intendam, qui Ciceronem existimet

met non tam *ſtatum* hominum, quam *fortunam* intellexiſſe, atque illud dicere voluiſſe: *medicinam, architecturam, et doctrinam rerum honeſtarum iis, quorum* ORDINI [hoc eſt FORTVNAE] *conveniunt, honeſtas eſſe:* quo ſignificatu *ſervos* tantum, non *peregrinos* excludet; quia has liberorum hominum artes eſſe indicat. Ceterum quaeſtionem noſtram, prout eam *Defenſor* jam circumſcripſit, locus hic non omnino attingit; nam *Libros de officiis* poſt mortem J. Caeſaris Ciceronem confeciſſe ab ipſo docemur [1]. Ex quo ſane quam temere et inconſulto *peregrinos* ſuos, ubi nihil ad rem conferunt, hic introduxerit, ſatis manifeſto conſtat; de quibus in *Diſſertatione* ſua, ut diximus [2], vix intra limites hujus controverſiae, nimi-

1 Epiſt. ad Attic. xvi. 11.

2 Vid. ſupra, p. 25.

rum haud ante J. Caesaris potentiam, aliquid audivimus.

ATQVE hic est ille Ciceronis locus, in quo me *turpiter lapsum* esse, demonstraturum se ante promiserat [1]. Jam igitur quasi fidem praestitisset, homo jactabundus ita inaniter sese effert, atque capiti meo insultat, ut si magnam aliquam victoriam reportasset. " Hinc, *inquit*, quivis
" facile judicabit, quanti *Rhetor*
" noster ingenii fuerit; quam in
" veterum scriptis evolvendis di-
" ligens; quam in interpretandis
" acutus [2]". Si quis autem non modo ex hoc Ciceronis loco, sed etiam ex tot aliis tam veterum quam recentium scriptorum locis, in quibus eum *lapsum* esse demonstravi, de *judicio*, *diligentia*, et *acumine* ipsius, qui tanto

1 Defens. p. 28. 2 Ibid. p. 39.

faſtu alios temnit et conculcat, judicium ferat; ſuo pede ſe metiri, et longe modeſtius ſe gerere debuiſſe, ſine dubio cenſebit.

Cum addit autem, hinc quoque facile judicari poſſe, " quam " verum *vel nunc etiam* illud ip- " ſum ſit, quod *Cicero* alicubi " indicat; nihil ſcil. magni aut " ſolidi unquam ex *rhetorum* " *officinis*, ſed *Academiae ſo-* " *lummodo ſpatiis* extitiſſe "[1]: quid ſibi velit, non intelligo. In *Academiae* autem *ſpatiis*, ubi tot viri doctrinae omniſque adeo virtutis laude florentes verſabantur, fieri non potuiſſe ut aliquis nugaretur, Ciceronem nunquam cogitaſſe, pro certo affirmare auſim.

QVANTVM autem ex *Defenſionis* ejus titulo conjicere licet,

1 Defenſ. p. 39.

ubi

ubi PARS PRIMA vocatur, plures operis iſtius partes minitari videtur. At vero ſi eandem ſcribendi rationem, qua adhuc uſus eſt, in poſterum ſequatur; famamque aliorum conviciis lacerandi, quam rerum veritatem argumentis inveſtigandi, magis ſtudioſum ſe oſtendat; alios ſibi per me licebit quaerere, quibuſcum hanc ſerram reciprocet. In tricis enim hujuſmodi, et ineptis cavillationibus refutandis, nimium temporis jamdudum mihi conſumſiſſe videor.

F I N I S.

E R R A T A.

PAG. 23. *verſ.* 14. l. *Quid.* 30. *in marg.* Defenſ. p. 26. 32. 19. *chirurgicam.* 54. 20. dubitandum. 56. 12. χειρυργικὴν. 63. *in marg.* vita Cic. 1581, 66. 4. Romam.